



**Andreæ Vallensis Vvlgo Del Vavlx Andanensis, I. V. D. Et
In Alma Academia Lovaniensi SS. Canonum Professoris
Ordinarii, Paratitla Ivris Canonici Sive Decretalivm D.
Gregorii Papæ IX. Svmmaria Ac ...**

Delvaux, André

Coloniæ Agrippinæ, 1686

4. A quibus sententiis seu actibus appellareliceat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62177](#)

4. In Episcopo; cuius prorogata est jurisdictio.
5. In delegato à Principe.
6. In arbitro.
7. In judice, qui revocavit gravamen.

Appellari regulariter potest ab omnibus Judicibus, qui sentenciam vulnerunt, sive sint ordinarii sive delegati, can. Omnis, can. Ad Romanam 2. q. 7. Speculator h. tit. §. videndum restat, 18. & late Scaccia De appellat. qu. 16. Cum enim appellatio habeat naturam defensionis, sap. Cum speciali 61. s. porro h. tit. omnibus regulariter permitta esse debet: nec facit injuriam Judici, qui ab eius sententia appellat; Rebuff. Tract. De supplicis n. 49.

2. Fallit autem haec regula, Primo, in Principe, non recognoscere superiorem, nisi ad aliorum relationem pronuntia verit, aut à male informato ad melius informandum appelletur, Scaccia q. 8 n. 65. quia de substantia est appellacionis, quod siat à minori ad majorem, qualem non habet, qui aliud non recognoscit superiorem. Si tamen sententia Principis hujusmodi sæcularis continetur manifestam inquirat, posset ab ea appellari ad Papam arg. Glos. in cap. Ex transmissa sup. de foro competenti. quia Papa ratione peccati omnium talium Principum est Judex competens.

3. Secundo, fallit in supremis Conciliis, quia eorum sententia celeratur sententia Regis aut Principis.

4. Tertio in Episcopo, cuius jurisdictio fuit prorogata, i. Episcopali Cod. De Episcopali audience. Idque speciale est in Episcopo: nam secus obtinet in alio Judice protogato, vel dato de communis consensu partium, l. Ex consensu 23. hoc sit.

5. Quartu, in delegato à Principe, cum clausula, Remota appellatione, e. Pastorale 53. h. s. quia tamen clausula de frivola & levi, non etiam de gravi & legitima appellatione intelligi debet, d. cap. Pastorale Gaill. Observ. 33. n. 4. & 5. De effectu vero istius clausulae vide citatos à Mazzara, 6 p. principali actu 2. n. 138.

6. Quinto, in arbitrio, nisi fuerit arbiter Juri, ut ante diximus. ad Tit. de arbitris Vide Mazzaram d. 6 p. actu 2. principali n. 62. & seqq. & 4. p. principali Distincta 6. versio. Quarto an coram arbiter &c.

7. Denique in Judice, qui revocavit grava-

mem, quod fuerat comminatus: nisi alio modo sit suspectus, c. Cum cessante 60. h. s.

§. IV.

A quibus sententiis seu actibus appellare liceat, vel non.

1. Iure civili appellatur à sententia definitiva.
2. Et ab interlocutoria, vim definitiva habent.
3. Iure Canonico ab omni gravamine.
4. Ex Concil. Trid. tanum à gravamine irreparabili.
5. Ab eadem sententia tertio appellare non licet.
6. Non appellari versus consumaz.
7. Non confessus & convictus.
8. Non reus de crimine notorio.
9. Aut condemnatus de criminis heres &c.
10. Non condemnatus pro debito publico.
11. Non Officialis condemnatus à suo judge.
12. Præterea non appellatur à sententia in causa cimarum.
13. Non ab eo actu, quem quis probavit.
14. Non in cassisi requirentibus celeritatem.
15. Non à nominatione ad munera publica.
16. Non ex vi clausula Appellatione remota &c.

Regulariter quoque appellari potest à quacumque sententia, & quibuscumque caussis seu causibus, sive civilibus sive criminalibus. Cum Romanam 5. h. s. nisi id inventari prohibitur à Iure Rebuff. Tract. De appell. lat. in prefat. n. 72. quia regulariter appellatio di magis favorabilis, quam sententia, Gonzals ad Reg. VIII. Cancelli in annos. ad Glossam 9. contra nullitates & accentata num. 25. Hoc tamen discrimen inter ius civile & Canonicum, quod iure civili tantum permittatur appellatio à sententia definitiva & quidem valida: nam ab invalidis, cum ipso jure sint nullæ, frustra appellatur, tote istitu Codice. Quando provocatio est necesse, d. tit. D. Quia sententia sine appellatio dividuntur. 1. Si expressim 19. D. hoc sit, licet in dubio nullitas posit per alternativam appellacioni conjungi DD. in d. l. Si expressum.

2. Ab interlocutoria vero sententia appellare hoc jure non licet. Ante n. Cod. Quorum appellat. non recip. l. fin. C. De sent. & interlocut. om. jud.

q[ui] si certis casibus , quibus scilicet interlocutoria
v[er]o habet definitivæ , & continet gravamen,
quod per sententiam definitivam vel appellati-
onem ab ea reparati non possit . *l. Intra 4.7. D. de*
m[isericordia]ribus , l. 2. D. de appellationibus recipien . *l. Ar-*
bate D. Qui satis cogant. Vide latius Hostiens.
in Summa h. t. tum quia alias idem J[udex] inter-
*locutoriam , quam tulerit , evocare potest ; tum e-
tiam , quia si in ea peccatum sit , id coram eodem
quocumque iudice per subsequentem tententiam de-
finitivam corrigi potest . Et idem presumit lex*
*tales appellationes interponi tantum causa dif-
ferendæ litis unde & appellationes ejusmodi In-
terpretes vocant appellationes frustratoriae di-
lationis , arg. l. 2. C. de Episc. audience*

3. Iure autem Canonico ab omni interlocu-
toria , inquit & ab omni gravamine , etiam extra ju-
dicium aliquid illato vel inferendo , appellare li-
cet . *d. Cum sic Romana § si vero . c. Bonam memo-*
riam § 1. Vi debet § 5. Galilis h. t. quia appellatio
*est species defensionis , & in praesidium inno-
centiae comparata . c. Pastorale § 3. & c. Cum Pe-*
tius 61. § porro . b. & iurique Canonico omnem
*inquirat corrige statim cupit , nec vult diffe-
rentiam sententiam definitivam , quæ saep[er] multo*
p[ro]st tempore sequitur .

4. Caterium Concilium Trid. sess. 24. cap. 20.
Dereformat. & Sess. 13. cap. 1. Dereformat. non
alicer[et] permittit appellari ab interlocutoria ,
quam si vim definitivæ habeat , & gravamen
continat irreparabile , cuiusmodi est incarcera-
tio , tortura , excommunicatio , suspensio ,
interdictum , Piasec. *Praxis Episcop. p. 2. cap. 4.*
art. 15. De appellat. num. 3. omnisque adeo actus
metastabilis , & quo executioni mandato
pars gravata amplius sublevari non potest per
definitivam , aut appellationem à definitivâ ,
vel non sine difficultate & præjudicio partis
aut negotii principalis , Gonzales ad Reg. VIII.
Cancel. in Annat. ad §. 9 numer. 176. & tribus
seq.

5. Dixi regulariter appellari posse à quacum
que sententia ; quia multi sunt casus , quibus
appellatio non est permissa . Nam in primis ab
una & eadem sententia , sive definitiva sive inter-
locutoria , & ab uno & eodem iudice , ter-
tio appellare non licet , c. Tua nobis 6. , b. s. l. 1.
Cod. Ne licet in una eadēque &c. quia præsumit
lex & Canons illud esse jutum , quod tribus

diversorum iudicium conformius sententias est
firmatum ; & quidem præsumptione juris & de-
jure . nam alias lices in infernum protrahentur .
Si tamen per tertiam sententiam inferatur
novum gravamen , ut si terrius J[udex] condem-
nerit expensas , in quas alii non condemnarunt .
poterit ab illo gravamine appellari : sicut & is ,
qui bis appellavit , potest sententiam tertiam
dicere nullam ; & si super ista nullitate s'ecum-
bat , libet iterum appellare tanquam à novo
gravamine

6. Secundò , verus contumax non appellat *l. e.*
Cod. Quorum appellat. non recip. l. Ex confusu 23.
§. s. D. b. t. Vide Scacciam de appellat. qu. 17. li-
mitat. 3. n. 4. quia appellatio datur oppreso &
gravato à J[udice] , non aucto ei , qui J[udici] est
rebellis ; u[er]i est verus contumax .

7. Terciò , Confessus & simul convictus non
appellat , si utique sponte sua confessus , & clara
probatione convictus sit : non ve[rit]e si per formali-
ta sit confessus , aut dubia probatione convictus ,
aut si confessus solummodo fuerit , & non con-
victus , vel contra : nam tum appellate posset ,
quia duo illa copulativè requiruntur , de jure
non tantum civilis , sed & Canonico , in causis
tam civilibus , quam criminalibus , ut tradit Ma-
ranta 6. p. *autem 2. n. 292* ubi declarat , quo pacto
intelligendum sit , c. Romana 3. §. s. in autem h. t.
in 6. quo innu videtur , confessum , & non convi-
ctum , audiendum non esse ex quo aliqui diffe-
rentiam inter jus civile & Canonico desu-
munt .

8. Quartò , non appellatur in factis notoriis , e.
Cum sit 5. in fine , c. Parvenit. 13. c. Consuluit. 14.
h. t. nisi appellationi inferatur causa rationabilis
*Gloss. in d. §. s. in autem in V. mandetur ; constat e-
cum reum de criminis notorio condemnatum , si*
appeller , tantum appellare differendæ p[ro]mæ
causa ; quod admitti non debet , cum , utraic[on]t .
appellatio non sit remedium ad defensionem i-
*niquitatis , sed ad praesidium innocentiae confi-
tum , c. Cum speciali 6. § porro hoc sit .*

9. Quintò , condannatus de criminis falso
moneta , l. v. C. de falsa Moneta , læsa Majestatis .
I. Constitutiones D. b. t. aut heresis , c. V. in-
quisitionis De hereticis in aut de raptu virginis ,
Lunica §. si autem Cod. de raptu Virgin. In quib[us]
nam criminalibus appellari potest ante
sententiam .

10. Sexto, condemnatus pro debito publico seu fiscalis, *i. Abstinentia 4. l. fin. C. Quorum appellat non recipit. can. Et qui appellat. §. quoties 2. q. 6.* quando scilicet fiscus sentiat de damno vitando: fiscus, si de lucro captando.

11. Septimo. Officialis alicuius Iudicis, conveys & condemnatus pro gestis in officio, a suo iudice non appellatur, *i. Nulli Cod. Quorum appellat, non resp. sicut quilibet officialis, condemnatus in syndicatu, ad effectum retardandæ executionis.*

12. Octavo, non appellatur a sententia lata in causa deciminarum, *c. Tua nobis, & ibi Glos. inf. De decimis:* nec item de jure civili a sententia lata in causa possessorii, *i. Cod. de momentanea possessi*, quando scilicet causa modici est prajudicium eiusmodi est judicium spoliacionis, quod summi & veluti in momento expediti consuevit. Et hoc quoad effectum retardandæ executionis: alioquin valet appellatio quoad effectum devolutivum. Similiter de jure civili non appellatur in causis minimis, & brevioribus scens de jure Canonico.

13. Nonne non appellat quis ab eo actu, quem probavit, *i. Ab eo Cod. Quonodo & quando l. index &c.* Similiter non appellat, qui renuntiavit appellationi suæ, sive expressæ, sive tacite, *i. fin. Cod. de temporib. appellat.* ut quando accepit terminum ad solvendum.

14. Decimo, non appellatur in causis requiritibus celeritatem, saltem ad impediri executionem: nec ubi agitur de regulari disciplina correctione, *c. An nostram & alios,* *& quia erat Pont. d. e. Ad nostram*, remedium appellationis non ideo est inventum, ut alieni à religionis & ordinis observantia exorbitanti debet in sua nequitia parochinum exhibere: nisi corrigens excedat modum in contigendo, quia cum appellare licet, causa gravans in his expressis, *e. de Prioro 31. b. 1.*

15. Undecimo, non appellatur a nominatione ad munera auctoritate publica, & utilitate privata, v. g. ad tutelam, *i. i. §. si quis D. Quando appellandum sit.* Alioquin a nominatione ad munera auctoritate & utilitate publica, licet appellare, *i. Cod. de decurionibus.*

Duodecimo, non etiam ab actu, qui fit secundum juris dispositionem, nisi expressa & inserta rationabili causa, ob quam admittit appellatio debet: quia regula generalis est,

quod a lege generali, lata ab eo, qui habeat potestatem ferenda legis, non possit appellari *i. tuis & D. in c. Quonodo 82. b. c.*

16. Denique, ut alios causas omittam, non appellatur in causis commissis cum clausula, *Appellazione remota:* quia clausula, quoad appellacionem a definitiva, solus princeps in testis suis uti potest, quoad interlocutoriam vero enim inferior. Nec item a sententia ex communicationis, jam lata, saltem ad effectum retardanda executionis. Nec insuper a nominatione & mandato de refendo in Ecclesia, quam quis obtinet, *e. Per se 28. & ibi D. b. 11.*

Norandum poslimo, pro complemento quod in omnibus causis, in quibus non potest appellari a sententia definitiva, possit appellari ab interlocutoria: quia ejus gravamen non speratur posse reparari per appellat, non a definitiva.

S. V.

Coram quo sit appellandum,

1. Appellandum a iudice & coram eo qui sententiam tulit.

2. Absente iudice facta appellatio cui ministrata.

1. A ppellandum autem est, sive judicialiter

A sive extrajudicialiter, coram iudice, qui sententiam tulit, & a quo appellatur, *e. i. debitus 95. b. iii:* quia illi debet innoscere appellatio, ad hoc, ut ulterius non procedat, &, si procederet, revocentur per eum acta, tanquam attentata. Ideoque si plures et causa cognoverint, & sententiam dixerint coram omnibus simul collectis, vel, si omnium copia simul habeti non possit, coram singulis vel in majori parte separatum appellari debet, *Clement. 1. hoc iii.* Quod sine quidem majoris partis copia haberi possit, sufficit appellare coram eo vel iis, cujus vel quoniam copia haberi potest, adjecta protestatione. Si denique nullius copia haberi queat, aut etiam coram iudice appellandum sit, a quo presente quis ob justum merum appellari non audeat, protestatione super hoc interposita, & causa appellationis saltem in genere expressis, coram probis viris vel coram Notario & testibus, etiam extrajudicialiter, appellare sufficit, *ea. n. 11. & ibi*